



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Emphytevta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

7. de iure patr. l. emptorem, C. locat.

Quintò, emptor sive vendor quan-
do læsus est ultra dimidiam & justi pre-
tii, quid agere debeat? Vide c. cùm dilec-
ti, de emp. & ven. Maran. 6. p. tit. de app.
nu. 8. 3. & 87. Gom. in c. 2. nu. 4. usque ad
42. de constit. lib. 6. & q. 42. de trien. poss.
col. pen. Covar. loc. cit. lib. 2. c. 3. n. 8. & lib.
1. c. 3. nu. 10. dicit esse arbitrium judicii,
quoad deceptionem Ecclesiæ, vel mino-
ris, & quomodo intelligatur ultra vel
circa dimidiam justi pretii, yide Sot. lib.
6. q. 3. art. 1. de iust. & iure. Sylvest. in ver.
emptio, n. 9. §. 8. & Covar. ubi suprà, nu.
8. & quod non solùm datur a ctio, l. 2. C.
de rescin. vend. & d. c. cùm dilecti, vel op-
tionis vel rescissiōnis in deceptione, ut
dictum est, sed etiam in gravissima & e-
normissima læsione, etiam si vendor,
seu emptor renunciaverit, juraverit, do-
naverit, Cov. loc. cit. c. 4. n. 3. & pract. qq.
c. 3. n. 8. §. 13. & cap. 28. n. 9. & quæ dic-
tur gravis læsio, vide Guid. Pap. q. 519. n.
3. quia ex Bar. dicit esse, quando quis est
læsus in sexta parte debiti, & ista læsio
potest peti usque ad triginta annos, Ma-
ran. & Cova. loc. cit. & potest peti etiam,
quando non est ultra dimidiam, sed est
gravissima, & enormiss. Cov. loc. cit. in ver
eaterum. tamen hoc fallit duobus casis
bus, ut. Covar. lib. 3. c. 2. ver. habentius, &
debetur in conscientia, etiam quando
proximus notabiliter læditur. D. Tho. in
4. sent. dist. 15. q. 3. art. 2. & Cov. ubi su-
prà, læsio seu deceptio ultra dimidiam
rei, vel citra, parit actionem, Abb. in c.
per inas, n. 4. de donat. Navar. in c. qual-
itas, à n. 41. de pœn. d. 5.

Sextò, penes quem remaneat pericu-
lam rei venditæ, vide Sylvest. in loc. cit.

num. 3. §. 2. & Gimont. tract. de grat. ex-
pect. c. 5. nu. 3. & infra, Covar. pract. qq. c.
3. n. 6. §. 9. & lib. 1. c. 5. n. 1. var. resol. Maran.
4. p. d. 4. n. 53. & nu. ult. Afflict. dec. 399.
ubi degustatio vini transfert periculum
in emptorem, & alia.

Septimo, primus emptor recipiens
pretium, & patiens proximorem possi-
dere rem quam ipse prius emerat, vide-
tur ei reemere & possessionem perdidisse,
Boer. dec. 77. num. 1. 2. & 3.

Octavo, quando emptor elegerit rem
restituere, juxta lib. 2. de rescind. vend.
an sit cogendus restituere etiam fru-
ctus, vide Covar. lib. 2. c. 3. num. 9. var.
resol.

E M P H Y T E V T A.

Primo, emphyteuta Ecclesiæ non po-
test melioramenta, quæ facit in re, ven-
dere, nisi servata forma, de qua in cap.
potuit, & ibi Abb. de loc. & conduct.
ubi numerat septem, Oldradus con-
si. 34.

Secundo, impotentia & pauperas ex-
cusat à perjurio, & à solutione canonis,
& non causat caducitatem, Butr. in cap.
significante, de pignor. & Bald. in cap. bre-
vi, de pign. Rodoan. tract. de reb. Eccl. non
alien. q. 79. n. 9. per multa dicta.

Tertiò, emphyteuta multis modis ex-
cusat à caducitate ob canonem non so-
lutum infra tempus, idem q. 79. c. 3. per
multa dicta.

Quarto, emphyteuta quæ servare de-
bet, quando vult alienare jus suum em-
phyteuticum, vide eund. loc. citat. cap. 9.
num. 1. & infra.

Cc 2

Quin-

Quintò, emphyteuta donans rem
emphyteuticam absque domini requi-
sitione, non semper cadit in commissum,
idem ibidem, numer. 25. & infra, & re-
linquens in testamento, & dando in so-
lutum, & in permutatione, & donatio-
ne, ibidem, a num. 26. & infra.

Sextò, emphyteuta non potest ven-
dere jus suum, nisi requisito prius do-
mino directo, an velit eodem pretio e-
mire, tenetur ei date laudemium, quod
est quinquagesima pars pretii, & si ven-
dit ir requisito domino, perdit jus suum,
l. 2. & 3. de jure emphyt. Navar. de reb.
Eccl. non alien. num. 22. & in cons. de usur.
numer. 93. Cætera vide inferius in eod.
verbis.

E L E C T I O.

Primo, electio Abbatissarum, & alia-
rum officialium monasteriorum,
quomodo fieri debeat, vid. in ver. Abba-
tissa, §. 1. 2. 4. 5. & 6.

Secundò, electio quorumcunque su-
periorum, & officialium regularium
fieri debet per vota secreta, alias electio
erit irrita, & nulla, Concil. Trid. sess. 25.
c. 5. de refor. reg. in casu contrarii, & pro
defensione, quando consentiret totum
corpus Concilii, vel Parlamenti, vel Ca-
pituli, vel Collegii, vel Monasterii, licet
non sit servata forma, vide pro practica
Iason in l. universitatis, à num. 1. de preci-
bus Imper. offer. & Carder. in cons. 2. de ju-
re patron. ubi habet quod teneat electio,
vel conclusio facta.

Tertio, electio Pœnitentiarii i., vide
in ver. pœnitentiarius, §. 3. electio Vicarii

Episcopi, eo defuncto, à quo & quando
fieri debeat, & cuius conditionis: in ver.
Capitulum. §. 7. & ver. Vicarius. dub. 1.
electio Canonicorum pro gubernatio-
ne seminarii? vide in ver. Capitulum.
§. 7.

Quartò, electus consentiendo elec-
tiouit de se factæ à media parte eligen-
tium, an augeat numerum, & electio-
nem perficiat, Ioan. And. in reg. in toto, de
reg. iur. Abb. in c. cum iure peritus, de elec-
tione, Paul. de Cast. cons. 230. lib. 2. di-
cunt quod sic, quicquid dicat glof. in d.
c. 2. in ver. consentiat, sed fallit in patronis
presentantibus ad jus patronatus, prout
in ver. jus patronatus, §. 34. sed in elec-
tione hoc valet, quando proceditur per
modum compromissi, secus vero per
modum scrutinij, vel communis inspi-
rationis, Host. in loc. cit. & Sylvest. in sum.
in ver. electio. 2. §. 18. numer. 23. Gemin.
in c. cum expeditat, ver. sed pone. de elect.
lib. 6.

Quintò, electio quando mutari po-
test, vide pro praet. Hostiens. in sum. hoc
titul. §. utrum mutari potest, num. 21. ubi
dicit, quod non post publicationem, vi-
de in ver. moniales, §. 21. & idem Host.
eod. tit. §. & nota quod, num. 18. vers. quid
si à duabus. & in cap. final. ubi exemplifi-
cat in Papa, ex quo à duabus partibus e-
lectus est, voce electi computata ab om-
nibus recipiendis est, & in it. de jure pa-
tronatus, num. 12. 1

Sextò, an electio debeat fieri in Ec-
clesia, quæ vacat, & possit fieri alibi?
Respondet ex Gem. in c. quam sū, ver.
ad secundam, de elect. lib. 6. ubi videtur
dicere, quod potest fieri alibi.

REQVI.